Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0002-4
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0004-6

1739.

1. Alef, Franciscus: De praevaricatione

1740

Hennemann, Franciscus Christianus: De decretis Camerae Imperialis extrajudicialibus.

1761.

Alef, Franciscus: De dicta sive resignatione vel renuntiatione

1771.

Müller, Joan. Thaddaeus: De legitimo stemmatum genealogicorum usu et probatione

1772.

Schmidt, Antonius: Vindiciae adversus responsiones a Justino Febronio variis locis institutionum juris ecclesiastici ... oppositas..

1774.

Müller, Joannes Thaddaeus: De jure detractus

1775

1. Wedekind, Georgius Josephus: De jure cavendi compretenso in jure circa sacra.

2. Wedekind, Georgius Josephus: De non restringenda superioritate territoriali

1782.

1. Eberstein, Carolus, L. B. ~~de~~ ab: De qualitate religionis votorum in comitiis

2. Müller, Joannes Thaddaeus: De consensu feudali

1786.

Programma de celeberrima quondam bibliotheca Heidelbergensi, quo solemnia legibus sacra . . . utique . . . praemittendam orationem: de documentis Rupertinis quae probant Jubilaeum acad. non hoc anno 1776 sed demum a. 1786 esse celebrandum, rite indicunt rector et senatus acad. Heidelbergensis

1793.

Zentner, Georg Fridericus. De differentiis juris imperii ac dominii eorumque effectibus in regimine territoriali

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0008-8

15

8
1775,2

P. 160.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIS PUBLICI
DE
*NON RESTRINGENDA*

# SUPERIORITATE TERRITORIALI

QUAM
SUB DIVINIS AUSPICIIS
UNA
*CUM POSITIONIBUS*
EX
*OMNI JURE SELECTIS*
IN
ALMA ET ANTIQUISSIMA UNIVERSITATE
ELECTORALI PALATINA
*AUTHORITATE AMPLISSIMI*
JURISCONSULTORUM ORDINIS
*PRAESIDE*
GEORGIO JOSEPHO WEDEKIND, U. J. D.
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS PALATINI CONSILIARIO REGIMINIS, JURIS NATURAE ET GENTIUM PROF. PUBL. ORD. ACADEMIAE SCIENTIARUM THEODORO-PALATINAE SOCIO
PRO
*SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS*
DEFENDET
JOANNES JACOBUS DEWIES, Juliacenſis.
*DIE XXXI. AUGUSTI MDCCLXXV.*
IN AULA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI.

---

*HEIDELBERGAE,*
Typis JOANNIS BAPTISTAE WIESEN, Univerſitatis Typographi.

KOENFRIED. UNIVERS. ZV HALLE

DEO

ET

PATRIAE

## § I.

*Superioritas territorialis nititur principiis communibus & particularibus.*

Superioritas territorialis eſt facultas ordinandi regionem libere & nomine proprio competens, quatenus majori reipublicae non eſt adſtricta, poſſunt quippe Domini territoriales ſuis in territoriis omnia illa praecipere, prohibere, ordinare, quae cuivis Imperanti ſecundùm Jus Divinum, Naturae & Gentium, Publicum univerſale competunt, quatenus vel Legibus Imperii vel obſervantia vel pactis inter ipſos & ſubditos ſubſiſtentibus, vel per antiqua legitime obtenta privilegia reſtrictio non evincitur; formant equidem varii Doctores diverſas ſibi ſuperioritatis territorialis ideas, cum in Legibus Imperii Definitio ejusdem expreſſa non occurrat, diſtinguere adeo recentiores quidam inter Jus territorii & Superioritatem territorialem nituntur, vid. L. B. de Cramer obſ. Jur. univ. obſ. 537. De Selchow El. I. P. § 170. Verùm dum haec diſtinctio in Legibus non occurrat, imo dum in P. W. art. 8. § 1. qui pro Superioritate territoriali lex fundamentalis eſt, dicatur *libero Juris territorialis exercitio* diſtinctio admitti vixpoterit. Quaecunque ad eruendas illuſtrandasque Superioritatis territorialis anti-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0011-4

quitates hactenus a Doctoribus in lucem producta ſunt, denique efficiunt pro complexu illo jurium, quem Superioritatem vocamus, vindicando ad obſervantiam potiſſimum recentioris aevi eſſe recurrendum, nunquam enim neque inter Imperatorem & Status Imperii, neque inter Dominos territoriales & Status provinciales expreſſa inita ſunt pacta, Dominis competere debere jura illa, quorum complexum ſub nomine Superioritatis territorialis ſalutamus; ſed Domini quaedam horum jurium ab antiquis jamjam introduxerunt retinueruntque temporibus, partim recentiori tempore pedetentim exercuerunt, ex Jure publico univerſali magis illuſtrato attribuenda eſſe Dominis territorialibus varia, quae olim incognita erant, Jura, fuit comprobatum, mutatisque temporibus, & vivendi ratione neceſſarium, Imperatores, & reſpective Status provinciales ſubditique exercitio eorundem non contradixere, nec contradicere potuere, & ſic communis naſcebatur obſervantia Imperii, cujus vigor in Imperio noſtro Legibus expreſſis non tantum aequivalet, ſed multoties ſolet praevalere;

Duo porro pro ſe habet Superioritas fundamenta primaria & univerſalia, quibus veluti baſibus inſiſtit, ſcilicet 1) Inſtrumentum Pacis Weſtphalicae, cujus Art. 8. § 1. eſt ſacra, ſi ita loqui fas ſit, hac in materia anchora, in quam ſpem collocare licet majorem & inde quod regna cum Imperio compaciſcentia hancce ſtabiliverint; 2) Capitulationes Imperatoriae, quae potiſſimum hic perſpiciendae veniunt, cum nata ſub quovis Imperatore dubia in Capitulatione ſucceſſori praeſcripta reſolvi, jura contradicta determinari, facultates magis declarari, limites & Superioritatis auſibus illicitis repagula poni, ſtabiliri, ſoleant & poſſint; maxime ſane conferunt capitulationes, cum Superioritatis territorialis nova objecta, extenſiones ejusdem neceſſariae in-

indies detegantur, & principia Politices, praeter Jus publicum univerſale longe alia ac olim ratione pertractentur hodie, & inde ut & per cognitam penitius antiquam ſubditorum conditionem tam generalem quam particularem in hoc vel illo territorio multa de novo agnoſcenda & ſtatuenda occurrunt, quae non melius quam per capitulationes omni dubio ſcrupuloque eximi poſſunt;

Fundamenta particularia agnoſcimus 1) Litteras inveſtiturae, omnes enim Status Imperii regulariter, de terris, & regalibus inveſtiuntur, ut nexus Imperii *Clientelaris* quo Capiti colliguntur membra & compages Imperii conſervatur, dici queat, regalium complexus cum concedatur in litteris inveſtiturae hicque cum ſit Superioritas territorialis, ad fundamenta ejusdem Litterae inveſtiturae pertinent; cum autem Superioritas territorialis etiam in terris, diſtrictibus, civitatibus, non feudalibus ſed allodialibus ſecundum agnitam in Imperio obſervantiam aeque ac in feudis competat, cumque in multis litteris clientelaribus in Superioritatem influentia ſpecifica, quae aliis non inſunt, jura titulo feudi conceſſa compareant, ad *commune fundamentum* Litteras feudales non referimus.

2) Privilegia Imperatoria novum fundamentum praecipue olim effecere, quorum autem multa utut antiquitus neceſſaria hodie ſunt vel *ſuperflua* intuitu Status, cui contentum in privilegio jus ex Superioritatis territorialis complexu jam competit, vel *non ſubſiſtentia* cum ſuperioritati territoriali Status vicini v. g. repugnantia ſint; Capit. Caeſ. art. 7. §. 4. habet woneben wir führohin keinerley von unſern Vorfahren zu ertheilen nicht hergebrachte Privilegia, ſo derer Churfürſten, Fürſten und Stände in Dero Territoriis zuſtehenden Policeyweſen, und gleichs-

falls hergebrachten Gerechtſamen in einigerley Weeg vorgreiffen, ertheilen, noch die etwa bereits ertheilte erneuern ſollen noch wollen. Unde pro Superioritatis territorialis extenſione, pro amplitudine jurium in illa contentorum adeo contra Imperatorem praeſumptionem militare quam certiſſimum.

3) Singularis territoriorum conſtitutio porro in Superioritate multa determinat, ita ut ab uno ad aliud territorium argumentum & paritas duci non poſſit; jura Publica particulariſſima id ſufficienter evincunt, notiſſimum praeterea eſt, huic principi hoc vel illud competere ut regale, quod alibi ad regalia non refertur; hic liberam, alius magis reſtrictam habet poteſtatem, & leges patriae ſi per modum pacti cum Statibus ſunt initae, a ſolo Domino immutari non poſſunt, ſecus ſi illas libera condidit voluntate.

4) Reverſales Litterae, compactata, reſolutiones Dominorum territorialium, alium quoque Superioritatis exercendae habitum inducunt, ſed de his ut & de capitulationibus in territoriis Eccleſiaſticis ſpecifice inferius erit diſſerendi locus.

Pacta Domus 5) fideicommiſſa, teſtamenta &c. quae in Art. II. § 2. & Art. I. §, 9. Capit. Caeſ. confirmantur ſpeciale quoque fundamentum conſtituunt, ſucceſſio, ordo ſuccedendi, individuitas terrarum aut diviſio, Tutela &c. hiſce cum ſoleant determinari

6) Gratioſa, ſed magis adhuc oneroſa privilegia, res judicatae in ſupremis Imperii tribunalibus, ſpecialis urgens in territorio obſervantia, transactiones cum vicinis aut quo-

quocunque Tertio initae, huc quoque trahi debent, hisce enim omnibus ſpecialis facultas vel reſtrictio innititur:

## § II.

### *Diverſitas inde Superioritatis territorialis in diverſis territoriis naſcitur.*

Speciales fontes diverſitatem quoque jurium Dominis territorialibus competentium involvunt, quae tanta eſt, ut nec Dominus territorii nec ſubditi exigere poſſint hoc vel illud eſſe obſervandum in territorio ſuo, quia in aliis & idipſum viget, Superioritas quoad objecta majeſtatica, quoad modum exercendi reſtricta cum ſit, haecque reſtrictio ex tot petatur fontibus, totum quoddam poteſtativum infinitas partes poteſtativas continens cum dici debeat, quid clarius, quam jus in uno territorio reſtrictum, in alio eſſe plane liberum, intuitu unius ejusdemque juris hic plus ſubditis ibi plus competere Imperanti; Diverſitas haec tanta eſt, ut forte vix duo ſint in univerſo Imperio territoria quoad conſtitutionem ſibi prorſus ſimilia, imo quamvis uni plures regiones ſubjectae ſint Domino, diverſa ratione obſervatisque aliis principiis debent gubernari; praeclariſſime ait Maſcovius Princ. Juris Publ. L. 6. C. 1. § 18. *Quamvis autem Status in territorio ſuperioritate ſua gaudeant, exercitium tamen ejus, & rei adminiſtratio non eodem ubique modo ſe exſerit. Neque adeo ex generali aliqua formula illam metiri licet, ſed praeter ea, quae in legibus, & obſervantia Imperii fundata ſunt, ad pacta cum aliis Imperii ordinibus condominis ſpeciatim nec non Statibus Provincialibus, & cujusvis denique territorii inſtituta reſpici debet. Diſcrimini etiam locus eſt pro diverſo Statu locorum, pro indole, & ſitu Regionum, & pro ipſa Statuum qualitate, ut adeo locum habere poſſit illud Poëtae*

— — — Facies non omnibus una
Nec diverſa tamen, qualem decet eſſe ſororum.

Dantur tamen plurima objecta, in quibus vix non omnia territoria iisdem gaudent juribus, de quibus ſtatuere licet obſervantiâ eadem niti univerſali, aut ex ipſa Superioritatis territorialis idea fluere; unde ſequitur analogiam in hisce pro territorii Domino pugnare; claſſes diverſitatis aſſignari non poſſunt, ſpecifica quaeque differentiam cum conſtituant. Interim tamen generalia quaedam aſſerere licebit.

1$^{mo}$ Statuum Imperii Superioritas territorialis praeſcindendo a determinationibus ſpecificis eſt eadem, ita ut Electores, Principes, Comites, Praelati, Civitates Imperii ob diverſiſſima, quibus aliis utuntur, jura diverſam non habeant, ſed eandem Superioritatem territorialem, figmentum quoque *potentatus* ſive ſuprematus rejici debeat.

2$^{do}$ In territoriis, in quibus Status Patriae non exiſtunt, amplior eſt Dominorum facultas, ſic & in Regionibus illis, in quibus provinciales Status exiguae ſunt authoritatis.

3$^{tio}$ Reſpici debet in ordine ad diverſitatem agnoſcendam potiſſimum ad jus circa ſacra, legum ferendarum, Armandiae, ad jus collectaneum, ordinandi commercia, & politiam, circa adminiſtrandam juſtitiam, ſingula haec jura cuinam, & quomodo in determinato territorio competant, examinari, dein relatio territoriorum ad invicem fieri, & differentia ſaltem quoad principaliora elucebit.

4$^{o}$ Intuitu ſubditorum Proteſtantium ad plura, quam intuitu Catholicorum ſeſe extendere Superioritatem territorialem, notum eſt, quam diverſitatem ipſa Religionum introduxit diverſitas.

5$^{to}$ Quidquid ſubditis, aut Statibus Provincialibus in hac materia juris competit, potius reſtrictionem *exercitii*, quam diviſum inter Dominum, & ſubditos jus arguit, nec unquam praeſumendum eſt, ſubditis regalia citra ſubjectionem eſſe conceſſa. Conf. L. B. de Cramer Wetzl. Nebſt. P. 7. p. 1. P. 18. p. 1.

6$^{to}$ Praeſumptio generalis militat in dubio pro Domino territoriali, cum ipſi omnia, quae ad regendum territorium requiruntur, quae ex idea Rectoris Civilis fluunt, competunt, hinc reſtrictio, quae facti eſt, probari debet.

Illuſtris Pütterus in Elem. Jur. Publ. §. 688. ſolidiſſime ait: paſſim ſingularibus transactionibus, judicatisve res compoſita eſt, ut haud infrequens inde ſingularis Superioritas, & ſubjectio pactitia enata ſit, quam proinde ex ſua cujusque diſpoſitione, & obſervantia, & non ex generali Superioritatis natura dijudicare fas eſt.

Praeſcindendo itaque a determinationibus ſpecificis, adeoque in dubio pro Dominis territorialibus ſtandum; in litteris Imperatoris ad Regem Boruſſiae de 15ta Aug. 1764. quae extant in N. E. St. C. T. 14. p. 161. Auguſtiſſimus ſcribit: Inſonderheit iſt meine reichsvätterliche Obſorge und Wohlmeinung jederzeit dahin gerichtet geweſen, die nöthige gute Einverſtändnuß zwiſchen denen Landsherrn, und Ständen nach eines jeden Landsverfaſſung und Herkommen zu befeſtigen.

Utriusque igitur & liberae facultatis, & reſtrictionis fundamenta ob oculos verſari debent, ut judicium de Superioritatis Status cujusdam Imperii amplitudine formari poſſit adaequatum.

Au-

Audiamus L. B. de Ickſtatt in diſſ. *de eo, quod juſtum eſt circa reverſales* § 8. leges, privilegia, compactata, & obſervantias ſpeciales, ſi nihil, quod Imperatoris, & imperii juribus adverſum ſit, contineant, nec jura Statuum LL. publicis firmata evertant, ac praeterea legitimis fundamentis nitantur, a Principibus & Statibus Imperii ad amuſſim obſervandas, atque pro normis regiminis legalibus habendas eſſe, nemo dubitet.

## § III.

### *Leges Imperii ſuperioritatem territorialem confirmantes.*

Unitas Reipublicæ, quamvis ſe ſola maximum uti totius Imperii, ſic & ſingulorum praecipue Statuum ſit praeſidium, nihilominus tamen ſpecificae legum Imperii Sanctiones ſpecialiter Superioritatis jura confirmant.

Praecipuum & generale fundamentum ſuppeditat J. P. Art. 8. §. 1. *ut autem proviſum ſit, ne poſthac in ſtatu politico controverſiae ſuboriantur, omnes & ſinguli Electores, Principes, & Status Imperii in antiquis ſuis juribus, praerogativis, libertate, privilegiis, libero juris territorialis tam in Eccleſiaſticis, quam politicis exercitio, dictionibus, regalibus, horumque omnium poſſeſſione vigore hujus transactionis ita ſtabiliti, firmatique ſunto, ut a nullo unquam ſub quocunque praetextu de facto turbari poſſint, vel debeant.*

Finem hujus diſpoſitionis ſi inſpiciamus, eſt, ne controverſiae ſuboriantur in ſtatu politico: ergo ſecundum regulam in §pho contentam controverſiae evaneſcunt, & fors naſciturae inde determinari debent; jura ſuperioritatis in complexu, quae ſub Friderico III magis ac antea inclaruere, quae ſub Maximiliano I. aucta, & per praeſcrip-

tam

tam Carolo V. capitulationem ad majus evecta faſtigium, ſubſequentibus Capitulationibus, temporibusque ampliata in P. W. ita confirmantur, ut quae ſub Ferdinando II. timuere, fata evenire amplius non potuerint. Quantum hac in materia antiquitati jurium tribuerint, patet ex verbis, & eo magis neceſſarium fuit, cum praeter capitulationum contenta nulla adhuc tum temporis lex ſcripta pro juribus Statuum territorialibus pugnaverit; hinc praerogativarum, privilegiorum ſpecialis mentio injicitur, ſed generalitas verborum liberum juris tetritorialis exercitium ſtabiliens maximi momenti eſt, cum in iis infinitae partes poteſtativae, omnis ſcilicet poteſtatis, ad bonum regimen requiſitae confirmentur. Reſpiciunt haec verba porro omnia, quae in jure territorii contenta eſſe etiam ex principiis juris publici univerſalis futuris temporibus inveniuntur, & juſtitia ſalva eruuntur, cum privilegia libertates &c. tantum facta praeterita, tenorem reſpective conceſſionum ratificent.

Quamvis multi verba: *a nullo* in factum temperanda velint, & ſub τὸ *nullo* intelligendum eſſe Imperatorem, cum tot fuerint contra Ferdinandum II. propter turbas querelae: ego ſane rationem non video, cur λὺ *a nullo* ſecundum omnem ſenſum, & extenſionem hic ſumi non debeat, praecipue ubi capitulationis Caeſareae verba naturalem & univerſalem hujus negationis ſenſum exigere videantur, & argumentum concludat, ſi nequidem ipſe Imperator, cujus tamen in Regimine terrarum olim jura fuerunt ampliſſima, in libero juris territorialis exercitio turbare non poſſit, vel debeat, multo minus idipſum ab aliis Con-Statibus, vicinis, Statibus Provincialibus, Capitulis Eccleſiarum fieri non poterit, aut debebit.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0019-2

Capit. Caeſarea applicat equidem in Art. 1. § 2. & 9. Pacis W. diſpoſitionem Imperatori, hic quippe relinquat Electores, Principes, Status in ſuis praeeminentiis, dignitatibus ſaecularibus, & Eccleſiaſticis, juribus, poteſtate, illa omnia confirmet, in hisce Status tueatur, contraria non concedat privilegia, & fors conceſſa caſſet, annullet; ex his jam patet etiam de involationibus aliorum in P. W. ſermonem eſſe. Provocat Art. 2. § 3. Capit. caeſ. ad Art. 8. P. W. & promittit Imperator: er wolle darwider niemand beſchweren, noch durch andere beſchweren laſſen.

Capit. Noviſſ. Art. 1. § 8. tenor eſt: Wir wollen weder den Reichsgerichten, noch ſonſt jemand, wer der auch ſeye, geſtatten, daß denen Ständen in ihren territoriis in Religion- politiſchen- juſtiz- cameral- und criminal Sachen ſub quocunque praetextu wider die Reichsgeſetze, den Friedensſchluß, oder aufgerichtete rechtmäßige, und verbindliche Pacta vor- oder eingegriffen werde. Idem Art. § 4. promittit Status Regimine territoriali neque proviſorie, neque in contumaciam, neque alio quocunque modo eſſe privandos, & quod juris in toto, cum ſit quoque juris in parte, quoad partem de ſingulis in Superioritate territoriali contentis partibus eadem valebit diſpoſitio. Art. 10. § 1. huc quoque apprime facit, clariora autem continet Art. 15. § 1. & 2. ubi protectio promittitur mediatis, ſed ii inſimul ad praeſtandam Dominis territorialibus debitam obedientiam adigendi veniunt, prohibeturque exemptio illorum a territoriali ſubjectione. §phi 4. 5. 8. eod. Art. firmiſſima Superioritatis territorialis praeſidia complectuntur. Art. 19. § 4. 6. & 7. tales ſunt, ut pro Superioritate territoriali, ejusdem complexu, praeſumptione pro ipſa nihil magis poſſit inveniri. Conf. Art. 7. § 4. & Art. 21. § 1. 2. 3. ex quibus omnibus regu-

regula pro complexu Superioritatis territorialis infallibilis formari debet, & illam nec minuendam, nec reſtringendam eſſe ex tot locis eſt comprobatiſſimum.

## § IV.

*Superioritatis territorialis relatio erga Imperatorem.*

Supremus legum Cuſtos, & Defenſor jurium Statibus competentium Auguſtiſſimus jure merito ſalutatur; triplex potiſſimum eſt conſideratio, quae jura Imperatoris in relatione ad Superioritatem territorialem abſolvit: *Caput* eſt *ſupremum* Imperii; atque cum ſuo diſſenſu, & omnium Statuum Imperii vota, quominus inde fiat concluſum Imperii, impedire poſſit, patet, quantopere in ſuperioritatis territorialis conſtitutionem, & extenſionem influat, ſic noſcimus v. g. quid effecerit Imperatoris diſſenſus, cum de extenſione jurium in § 180. R. I. N. contentorum in comitiis perſiſtentibus anno 1671. agerent Imperii Status; jura ex idea ſupremi Capitis promanantia ſunt ſuprema inſpectio, ſingularis attentio in omnia, ex quibus aut commodum, aut detrimentum naſci poteſt Imperio, refertur huc quoque examen, & judicium, quid in hiſce conducat; objectum defert vel ſimpliciter, vel aperit, quae ſua ſint de eodem ſenſa, comitiis, in quibus ex fundamento juris ratihabendi ſemiſſem, ſi cum antiquioribus Doctoribus loqui amemus, Imperatori tribuere debemus. Concluſa nomine Auguſtiſſimi & ſaepius ab ipſo vel ſolo, vel cooperante executioni dantur. Relatio inde ſuperioritatis ad Imperatorem facillime intelligitur, cum territoria dantur mere allodialia, aut ab aliis Statibus relevantia, in quibus plena competit poſſeſſori Superioritas, quae tamen Imperatori, & Imperio ſubordinata dici debeat; alius & intuitu horum territoriorum ad Imperatorem, quam ad *Caput ſupremum*, reſpectus

ſtatui nequit: ſi Statuum jura ſint adverſus extraneos ſuſtinenda, defendendaque, Caput Imperii ſummum variis quoque modis medelam affert. Conf. Art. 28. § 4. Capit. caeſ.

2da Eſt ad Imperatorem ut ad *Judicem ſupremum* relatio, ſi enim Dominus territorialis conqueratur ſibi quidquam vel a Conſtatu, vel ab aliis immediatis Imperii membris, aut mediatis ſubditis detrahi, aut creari praejudicium contra leges Imperii, aut alia jura competentia, aut vice verſa oriantur lites, ſubintrat poteſtas judicialis, quantas enim commune adeo aſſertum in cauſis politicis ſupremis Imperii tribunalibus cognitionem non competere patiatur limitationes, demonſtrat L. B. de Cramer in hor. ſubceſs. P. 1. med. 4. & obſ. jur. univ. obſ. 298. & 499. manutenentur vel abſolute vel ad finem motae litis in poſſeſſione terrarum vel jurium, qui turbantur, decreta manutenentiae, protectoria, conſervatoria, mandata, Patentes effectus ſunt competentis judiciariae poteſtatis, atque turbatis praeſidium ferunt; generalia in proceſſibus obſervanda principia, juris remedia, modus procedendi ordinarius huc ſuo modo ſimpliciter referuntur, ita ut pluribus immorari iſtis non debeam.

Supremus denique cum ſit Imperator *Dominus directus*, & inde nova ad illum Superioritatis territorialis relatio. Art. X. § 10 Capit. Caeſ. feudorum, & eorundem jurium conſervationem injungit Imperatori, cum vero plurima ſaltem territoria, & jura iis annexa ſint feuda Imperii, Superioritatis territorialis conſervatio ſeſe refert ad Imperatorem, ut Dominum directum; illuſtriſſima inferius videbimus exempla, quantopere urgeant Imperatores non poſſe adimi, aut reſtringi Superioritatis jura ab ipſis in feudum conceſſa, cum ex capite dominii directi horum jurium ademptiones & immi-

minutiones etiam, quod factum eſt, reprobando, & annullando, neutiquam tolerent; imo ſi Imperator noverit in feudis etiam aperturae non proximis inſignes fieri deteriorationes, easdem ſeveriſſime prohibet: exempli loco liceat provocare ad concluſum Celmi. jud. aul. de 15. Maji 1765. occaſione devaſtandae ſylvae, quod emanavit, & extat in Moſers teutſcher Lehnsverfaſſung p. 135. in verbis: da .... die übermäßige Holzfällung, und devaſtation derer Waldungen in Reichsväterliche Obſorg einſchlüge, ſo Ihro Kaiſerliche Majeſtät als Oberhaupt, und obriſter Lehnsherr zu Erhaltung ſämtlicher Reichsſtänden, und Landen allergnädiſt übernommen hätten ꝛc. Ad feudum Imperii alienandum, oppignorandumve neceſſarium eſſe Imperatoris conſenſum pluribus demonſtravit, ſi quaeſtio non ſit de exigua tantum parte cit. Moſerus p. 359. provocatque ad obſervantiam ſine ſupremi Domini directi conſenſu alienationem fieri non poſſe, jurisque feudalis Longobardici conſtitutiones II. F. 52 & 55. eſſe obſervandas aſſerit, cum jus hoc feudale pro norma in feudis Imperii dijudicandis conſilio Aulico ſit praeſcriptum, & ſic quatenus naturae feudorum Imperii non repugnat applicandum, imo fiscalem propter alienationes feudorum eſſe excitandum ſtatuit; ad comprobandum, qua ratione ſoleat attendi oppignoratio jurium adeo ad feuda Imperii pertinentium ſufficit provocaſſe ad cit. Moſer p. 353. ſeqq. & praecipue ad p. 357. ubi Concl. jud. Aul. Martis 27. Jan. 1756. ſic habet: nachdeme dem Grafen von Montfort nicht gebühret einen Theil derer zur Reichslehnbaren Herrſchaft Tettnang gehörigen hohen Gerechtſamen ohne Kaiſerlichen Conſens durch einen auf reluition geſtellten antichretiſchen Contract unter dem Schein einer Admodiation der Stadt Lindau zu überlaſſen, und würklich abzutretten, ſo wird ſothaner Contract mit Verwerfung deren von erwehnter Stadt gemachten unſtatthaften Einwendungen,

gen, und der diesfallſigen unzulänglichen Verantwortung hiemit gänzlich caſſiret, und aufgehoben. Ulterius haecce fundamenta non disquiro, cum paulo infra conſectaria inde deducenda occurrant; interim nequis inde contra Dominos territoriales, quod in eorum commodum conſtitutio Imperii exigit, detorqueat, notandum, Imperatorem non poſſe cohibere Dominos territoriales, quamdiu modo conſtitutionibus Imperii conformi Superioritate utuntur, fruuntur, illamque adminiſtrant, imo territoriales Domini eadem ratione ac independens Rector civilis procedunt, ſoloque utuntur arbitrio, quin quidquam reſtrictionis ab Imperatore faciendae metuant. Moſer von der Landshoheit überhaupt p. 262. ita ſcribit: ordentlicher Weiſe concurrirt der Kaiſer mit einem Landsherrn auf keinerley Weiſe, daß nemlich z. E. die Landſtände, und Unterthanen in dergleichen Sachen ſich entweder an den Kaiſer, oder an den Landsherrn wenden dörften, oder daß dem Kaiſer frey ſtünde von Amtswegen ſelber etwas anzuordnen, oder dem Landsherrn aufzugeben.

Concludamus ex hactenus dictis, & cum Ill. L. B. de Ickſtatt diſſ. *de eo, quod juſtum eſt circa litteras reverſales &c.* §. 27. ſtatuamus; *cum contra Leges Imperii fundamentales, & publicas, contraque fidei, & dependentiae ab Imperatore, & Imperio nexum nec ſeſe obligare Principes, nec jus aliquod ſubditi acquirere poſſint; cum Principes & Status Imperii provinciis & terris inhaerentia, & ſub qualitate feudi ab Imperatore, & Imperio poſſeſſa, jura territorialia, & regalia, neque alienandi, aut abdicandi, neque deteriorandi, aut minuendi facultatem habeant; cum in praejudicium haeredum, & ſucceſſorum, quibus ex pacto, & providentia majorum jura quaeſita ſunt, ſtatuendi, aut paciſcendi quidpiam poteſtate deſtituantur, atque in hunc cenſum privilegia quoque exorbitan-*

*tia*

*tia Statibus Provincialibus & ſubditis cum manifeſta jurium Superioritatis, & regalium mutilatione conceſſa referenda ſint; cum denique pacta quantumvis ratione objecti licita conſenſu libero, & ſpontaneo niti debeant, pro regula generali ſtatuendum, compactata, atque litteras reverſales qualescunque, quibus Principes, & Status Imperii contra Leges Imperii publicas in praejudicium fidei, quam Imperatori, & Imperio debent, ſeſe obſtringunt; quibuscunque de juribus territorialibus, & regalibus contra feudorum Imperii leges cum praejudicio haeredum, & ſucceſſorum, eadem alienando, Statibus provincialibus, & ſubditis communicando, aut deteriorando, & minuendo paciscuntur, quae denique labe injuſtitiae, aut defectu conſenſus legitimi, ſive ex parte voluntatis, ſive ex parte intellectus laborant, pro irritis, invalidis, nulliusque roboris reputandas eſſe.*

## § V.

### *An valida reſtrictio Superioritatis territorialis Principibus Eccleſiaſticis competentis per Capitulationes?*

Principia hucusque propoſita applicanda duximus 1mo ad Principes Eccleſiaſticos, & 2do ad ſaeculares, ex quibus ulterior hujus materiae tractatio in duas partes abit, & inſimul omnes Imperii Status comprehendit, de civitatibus enim Imperii quaeſtio nulla hic eſſe poteſt, cum ipſe Imperator earum jura tueatur, Magiſtratui Superioritas territorialis nulla competat, nec is jure proprio regnet, ſed tantummodo collegium ſit virorum plerumque a civibus authoritate Imperatoria electorum, ut tanquam conſtituti adminiſtratores praeſint Reipb. vid. Moſeri teutſches Staats-Recht P. 42. C. 191. § 24. ubi ſic determinaſſe Imperatorem An. 1746 diſpicimus.

Territorium Eccleſiaſticum vocamus illud cum Ill. Moſero **Von der teutſchen Religionsverfaſſung** p. 832. cujus *Eccleſiaſticus* ſub qualitate *Eccleſiaſtici* eſt Dominus territorialis, deque hisce territoriis ſcribit Moſer **von der Landshoheit überhaupt** p. 314. **bey denen Geiſtlichen iſt der Erzbiſchoff des Erzſtifts, der Biſchoff, Probſt, oder Abt ... Haupt und regierender Herr des Erzſtifts, Hochſtifts, Stifts, ſo unter ihnen ſtehen, das iſt unſtreitig, und wird von niemand angefochten;** audiamus ex *disquiſitione de Capitulorum Metropolitanorum, & Cathedralium origine*, Authore *M. C. Icto* L. B. de Ickſtatt Amſtelodami 1758 §phum XLIV. *Idque quod radicatum, & proprietarium jus Capitulis non competat, quod regimen ſaeculare, & adminiſtrationem regalium attinet, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt; cum radicatum & primaevum aliquod dominium in bona, & jura Episcopatuum capitulis ſive Metropolitanis, ſive Cathedralibus nulla ratione aſſeri valeat; ſeparata ſunt tam Epiſcopi, tam Capituli menſa, & bona, nec non poſſeſſiones & Dominia reliqua, nec ſolido aliquo fundamento adſtrui poterit, Fundatores Episcopatuum, aliosque pios Collatores, & Benefactores eadem in dominium & proprietatem Capitulorum tranſcripta voluiſſe. Sane ex eo, quod Episcopis, & Eccleſiis regalia jura, atque alia bona temporalia conceſſa fuerint id minime evincitur, utpote quae verba perpetuitatem ſolum donationum, ſive conceſſionum innuunt, ita ut avelli ab Epiſcopatu impoſterum haud debeant. Quis vero dixerit ad hunc finem obtinendum ad fictionem dominii cujusdum radicalis Capitulis competentis confugiendum eſſe? Carolingorum temporibus Comiti ,aut Miſſo regio adminiſtrationis interimiſticae in temporalibus curam demandatam fuiſſe vidimus, nec aliud in Germania ab Imperatoribus obſervatum, qui fructus ex Regaliae jure ad interregni usque tempora ſuos fecerunt, de Capitulorum praetenſo aliquo dominio radicali, & fundamentali hactenus ne muſſitatum*

*qui-*

*quidem, nec veroſimile eſt, Capitula per tot ſaeculorum decurſum bonorum temporalium adminiſtrationem & emolumenta ſede vacante ſibi praeripi paſſura fuiſſe, ſi proprietatis aliquod jus radicale in eadem ſibi competere, vel umbratili ratione demonſtrare valuiſſent.* ſubjungit § 45. ibidem.

*Ad ſuavia igitur, & inania potius ſomnia referenda eſt illa Recentiorum doctrina, Capitula ex jure quodam accreſcendi ſede vacante ad adminiſtrationem interimiſticam vocari ſtatuentium, utpote quod ſine radicali & fundato in ipſo Epiſcopatu originali aliquo dominio concipi nequit; cujus tamen aſſerti falſitas ſive ſacra, ſive temporalia jura intelligas, ſufficienter demonſtrata. Videntur, qui ita ſentiunt, Abbatias, Monaſteria, ſimilesque fundationes, quarum Antiſtites non niſi nudi bonorum ad totum fundationis corpus ſpectantium adminiſtratores ſunt, cum Archi- & Epiſcopatibus confundere, quorum bona, atque jura a bonis, & juribus capitulorum prorſus ſeparata eſſe dignoſcuntur .... in Archi-& Epiſcopatibus atque his haud abſimilibus Praelaturis, & Abbatiis quibusdam in Germania jura Regalia, nec non reliqua bona non ad corpus capituli, ſed ad Epiſcopatum, & Eccleſiam pertinent.* Idem Author § 23. recte monet: *Corporis, quod cum Episcopis ſuis conſtituere dicuntur, denominatio cum grano ſalis capienda, quam enim ſeparatae ſaepe Epiſcoporum & Capitulorum ſuorum ſint rationes, ipſa experientia longo ſaeculorum decurſu probatum dedit; plane ut bonis, & juribus ſuis, praecipue temporalibus nullos magis inſenſos adverſarios haud raro experiantur; proindeque ſumma ſollicitudine diſpiciendum, ne erroneus, quem ſibi formant nonnulli, unionis & corporis conceptus Capitulis in bonis & juribus Epiſcopalis menſae, & Eccleſiae graſſandi fomentum ſubminiſtret.*

Utut autem corregimen Capitulare ſecundum hactenus pertractata neutiquam ſit fundatum, capitula tamen idipſum ſummopere ambiunt. L. B. de *Kreittmayr* ad cod. civ. Bavar. P. 5. C. 19. § 10. paucis dicit, die Biſchöffe geſtehen den Dohmcapituln die von derſelben praetendirende Erbgrund Herrſchaft, und Corregentſchaft nicht ein. Et Moſer von der teutſchen Religionsverfaſſung p. 827. zwiſchen den Domcapiteln, und ihren Erz- und Biſchöffen entſtehen faſt alle Strittigkeiten daher, daß die Capitularen gern Corregenten ſeyn mögten, jene aber es nicht leiden wollen; affert ibidem exempli loco quid ſub initium hujus ſaeculi actum inter Archiepiſcopum, & capitulum Coloniae: de differentiis cum Capitulo Bambergenſi, de Hildeſienſi, & Wirceburgenſi; ſoletque exigere hinc inde Capitulum, ut natae differentiae inter Epiſcopum, & Capitulum amicabili compoſitione terminentur, & ſi haec fieri non poſſit, praeciſe omni appellatione, reductione, nullitatis querela, vel ad melius informandum remotis, laudo compromiſſariorum finiri debeat controverſia.

Quid autem Auguſtiſſimus de tali ſentiat condominio patet ex reſcripto caeſareo de 2. 7bris An. 1698. ad Epiſcopum Wirceburgenſem: Da wir mißfällig wahrgenommen, wie das ein, und anderes Capitulum bey ereignenden Fällen an denen wählenden, und poſtulirenden Biſchöffen und Fürſten von denen von einem zeitlichen Kaiſer ihnen zu Lehen verliehenen Regalien, und Weltlichkeiten einen groſſen Theil ab- und an ſich ziehen, und in ein Condominium eindringen wollen. ꝛc. Ex collatione Art. XI. §. 4. Capit. caeſareae cum hoc paſſu intelligimus, cur Imperator ſtatuat, beſonderſt ſollen, und wollen wir auch denen Geiſtlichen, Chur- und Fürſten keine Maaß vorſchreiben, ob dieſelbe zur Empfangung ihrer Reichslehen für den Kaiſerlichen Thron, Geiſt-

liche

liche ex gremio Capituli, oder weltliche Gevollmächtigte abzuſchicken für gut befinden mögen. Perſpicimus quippe, quam parum indulgeat Imperator a Capitulis reſtrictionem fieri poſſe in iis, quae ad Superioritatem territorialem pertinere noſcuntur.

In condominio cum Epiſcopo Capitula dum non ſunt, videamus, an electio ab iis facienda non tribuat reſtringendae Superioritatis titulum? *Praecipua eſt cathedralium Germaniae Capitulorum prae omnibus orbis Chriſtiani praecellentia ex jure eligendi ipſis per concordata ſtabilito, ita ut electus praeter Epiſcopi dignitatem S. R. I. Principis, aut Electoris ſplendida praerogativa gaudeat. cel.* D. A. SCHMIDT *Inſt. jur. Eccleſ. t.* 1. *p.* 315. Quod jus praecipue privativum praeter ſpecialia Eccleſiarum privilegia Otto IV. Fridericus II; Rudolphus Habſpurgicus apud Rainaldum ad An. 1290. N. 10. An. 1213. N. 23. ad Annum 1275. N. 38. & capitulum 56. de Elect. &c. ttibuerunt Capitulis. Quam parum autem ex Electionis peragendae titulo poteſtas reſtringendi competat Capitulis, patet 1) quia Principatus Eccleſiaſtici quoad regimen ſaeculare, jura territorialia, atque regalia Imperatori, & Imperio ſubordinati ſunt. 2) Adminiſtratio temporalium Neo-electo a Commiſſario Imperatoris interim conceditur. 3) Feudi nexu dependent ab Imperatore & Imperio. 4) Regiminis territorialis modus, & ratio legibus Imperii, privilegiis, compactatis, uſibus particularibus provinciarum definita, & determinata ſunt, 5) Statuum Eccleſiaſticorum jura, vel perſonis Principum propria, vel tanquam principalibus inhaerentia a nullo alio quam a Principe, aut ſede vacante, & impedita a Capitulis adminiſtratorio tantum nomine exerceri valent. 6) Capitula perſonam tantum Electi deſignant, civilis poteſtatis jura, & regalia non conferunt, ſed haec qualiacunque Neo-electis aliunde obveniunt, & conferun-

 run-

runtur: vid. *L. B. de Ickſtatt de eo, quod juſtum circa reverſales* §. 18. ſupra citatum Reſcriptum Leopoldinum praeclare huc facit in verbis: als wann nicht wir, als römiſcher Kaiſer, ſondern das Capitulum dergleichen Landsfürſtliche jura zu übergeben hätte.

Quaecunque in rebus publicis independentibus electivis pro capitulationum valore pugnant rationes, in rebus publicis ſubordinatis minime attendi poſſunt, cum nihil prorſus juris eligentes ſibi reſervare, aut minus in eligendum transferre poſſint; denominant tantum Capitula illuſtre illud ſubjectum, cui exinde ab Imperatore ſecundum formam Imperii & Principatus, jura conferuntur; in quorumcunque horum jurium, ſint illuſtriora, ſint exigua, participationem venire velint Capitula, id ipſum ex natura rei jamjam tolerandum non eſt; Imperatoris, ut capitis ſupremi, ut Domini directi, ut Judicis, ut Advocati Eccleſiarum Germaniae diminutiones non fieri, intereſt, totiusque Imperii refert. Imo quamvis regula alias ſit generalis, non eſſe detorquendum in odium alicujus, quod in ejus introductum eſt favorem, nihilominus etiam factae in ipſum territorii bonum reſtrictiones non erunt tolerandae, cum ſit involatio in jura Imperatoris, & Imperii, cum a non habentibus jus & titulum fierent, & in maximum facile praegravium poſſent degenerare, & cujusnam erit, an in verum bonum ſit, nec ne, cognitio? ſi litigium coram judice non naſci ſupponamus. Tribuit electio, aut poſtulatio Eccleſiaſticis in Imperio, quod jus ſanguinis ſaecularibus, quam parum itaque ſaecularis Princeps ab illo, cui ſanguinem debet, in juribus pacto, & providentia majorum quaeſitis reſtringi poteſt, aeque parum diminutio fieri poteſt ab iis, quibus, electum ſe eſſe, non autem regalia debet Eccleſiaſticus; ſecundum haec principia ſtatuit cit. Reſcriptum Caeſareum: ſo verordnen,

und

und gebieten wir hiermit gnädigſt, daß hinführo das Domcapitul bey künftigen Sedis Vacanzen, und darauf erfolgenden Electionen, oder Poſtulationen, vor und nach weder für ſich insgeſamt, noch einem particulari zum beſten viel oder wenig circa temporalia, Regalia, nempe jura territorialia, cameralia, & Politica, als da ſeynd conſtitutiones judiciorum, & officialium ſaecularium und dergleichen, und was, in Summa von einem zeitlichen römiſchen Kayſer einem jedesmaligen Biſchofen zu Lehen verliehen wird, auch ſonſten durch die Conſtitutiones Imperii demſelben, als einem Reichsfürſten zukommt, kapituliren oder concordata, Vergleich, oder Verbündungen machen ſollen, geſtalten wir alles das, was dieſem Verboth entgegen, vor oder nach denen Wahlen, oder Poſtulationen geſchehen möchte, jetzt alsdann, und dann wie jetzt für null, nichtig, und kraftloß erklähren.

Et quamvis vera eſſe ſuſtineantur, quae Moſerus im perſönlichen Staatsrecht habet T. I. p. 93. Der neu erwählte muß dieſemnach alſogleich, nachdem er die Wahl angenommen, noch vor derer publication in dem Conclavi die Capitulation ſelbſt, oder wann er abweſend iſt, durch einen beſonders darzu Bevollmächtigten beſchwören, und enthalten, wenigſtens einige dergleichen Eyde, daß darüber, oder einigen darin begriffenen Puncten, oder Articul keinerley Diſpenſation, oder Gnade, Entledigung, Auflöſung, Vernichtigung, oder Leuterung von dem Stuhl zu Rom, oder einem Concilio erworben werden ſolle.

His tamen jam obviam ivit citatum ſaepius Reſcriptum, cum & hisce aſſecurationibus, & earum valori jam jam ſit derogatum. Et cum quaeſtio non ſit de facultate Episcopi tantum reſtringenda, cum non quaeratur de favore capitulationem acceptantis, cum Capitulationes ſint contra leges Im-

perii, & jura Imperatoris,' juramentum quoque nullam producit obligationem; juramentum enim actui invalido accedens nil operatur, niſi quod actum in favorem jurantis tantum invalidum jurans impugnare non poſſit, neutiquam autem actum contra jus tertii, contra bonum publicum celebratum, validum, licitumque reddit, imo ſi juramentum a non habentibus illud exigendi facultatem urgeatur, ſi cauſa & occaſio reſtringendi ſint principia (ut in ſubſtrato *condominium*, aut *Electio* a Capitulo celebranda) non ſubſiſtentia, quam parum etiam jurata liget promiſſio, quin moneamus, patet.

Tertium demum poſſet ſaltem in aliquibus territoriis Eccleſiaſticis allegari pro Capitulationum valore fundamentum, quippe capitula ſola eſſe Status provinciales, aut ad primariam eorum claſſem referenda, ſed cum de Statuum provincialium juribus reſtringendi Superioritatem territoritalem inferius ex profeſſo agamuus, hunc fontem quoque & hic indicaſſe ſufficit infra pluribus examinandum.

Multa tam pro valore Capitulationum Epiſcopalium quam contra illum a Doctoribus cum diſputentur, de quibus antiquum illud, *Illiacos intra muros peccatur, & extra*, dicendum eſt; cumque Doctores hactenus ſine ſufficienti objecti, de qua verba fecere, cognitione diſſeruerint, operae pretium duxi ad calcem diſſertationis documentum plurimis, ut ſpero, non ingratum ſubjicere, Concluſum ſcilicet celſiſſimi judicii aulici d. 2. Martii 1759. quod ad Capitulationem Eichſtadianam emanavit, cujus tenor, cum indigitet, quaenam Capitulationis fuerint contenta, eo gratior erit, cum de articulis in ejusmodi capitulationibus comprehenſis pauciſſima reſciantur. Perluſtranti idipſum concluſum occurret, nihil, quod Superioritatem territorialem vel mini-

nimum reſtringit, fuiſſe approbatum, niſi forte talis reſtrictio in antiqua jam territorii forma contineatur; cumque mutatis mutandis pro territoriorum conſtitutione, eadem probabiliter ſint capitulationum Epiſcopalium objecta, & haec conſideratio augebit Documenti hujus, ex quo noviſſima praxis, & recentiſſima Auguſtiſſimi hac in re decreta elucent, pretium; B. L. quin moneam, obſervabit, quamvis tenor hujus vel illius articuli de ſe propter ſubſtratam approbetur materiam, libertatem tamen inſimul ſalvari, ita, ut ad ea capita, quae maxime proficua eſſe agnoſcuntur, ſervanda, obligatio quatenus a capitulo injuncta reprobetur & ubique Superioritatis territorialis liberrimum exercitium ſuſtineatur.

## § VI.

### *Quid de reſtrictione per Status provinciales?*

Status provinciales eſſe Landſaſſios jure voti & ſeſſionis in dictis provincialibus gaudentes merito ſtatuere licet, ſunt jam ex natura Landſaſſii veri ſubditi, ita cum L. B. de Kreittmayr. im deutſchen Staatsrecht p. 420. & 427. aſſerimus, Status Provinciales a reliquis ſubditis in ſubjectione, quam debent Domino territoriali, non eſſe diſtinguendos, ſed tantum per privilegia & praerogativas, quibus prae illis gaudent, & potiſſimum per jus voti & ſeſſionis in diaetis provincialibus, quod eſſentiale Statuum provincialium eſt; jura hisce Statibus provincialibus competentia quidam tanti faciunt, ut illos in coimperio cum Domino territoriali eſſe arbitrentur, imo coimperantes ſalutent; Illuſtris autem Moſerus, quamvis a conſiliis Statuum provincialium imo in eorundem ſervitiis juriumque ipſorum ſtrenuus defenſor fuerit, ingenue fatetur in tr. von der Landeshoheit überhaupt p. 207. ſe nunquam exiſtimaſſe Status provinciales eſſe coimpe-

perantes aut de Superioritate territoriali participare, cum omnia, ex quibus ſuſtinetur Superioritas territorialis, fundamenta pro ſolis Statibus Dominisque territorialibus pugnent, Dominum, fatetur, in quantum conſtitutio territorii exigit hanc vel illam Superioritatis particulam ſine conſenſu vel conſilio exercere non poſſe, ſed hanc eſſe reſtrictionem, a regula exceptionem, Superioritas manet regula, illa ſolus gaudet Dominus; relinquenda ſunt ſubditis privilegia & praerogativae, Domino territoriali Superioritas.

Optime itaque ſtatuitur in N. E. St. C. T. 8. p. 240. Wo Landſtände und Unterthanen gewiſſe Jura hergebracht haben; da findet die Landshoheit ihr Ziel: ſolche der Landſtände Jura aber ſind nicht weniger, als particulae Superioritatis, wenn es auch ſelbſt von jenen juribus wären, die als notae Superioritatis characteriſticae angegeben zu werden pflegen, ſondern das Verhältniß, in welchem der Landsherr und die Landſtände mit einander ſtehen, bringt es mit ſich, daß ſolche jura nur als limites Superioritatis, und nur als actus libertatis naturalis ſubditis reſervati angeſehen werden können. Ratio eſt, weil Imperans & Dominus territorialis, Imperium & Superioritas termini relativi ſind, alſo daß ein ſubditus in eodem territorio, ubi eſt ſubditus nicht zugleich Imperans ſeyn kann; er würde aber wenigſtens coimperans ſeyn, wenn er an der Landeshoheit theil nähme.

Conſectarium, quod immediate ex hisce deduci debet, eſt, analogiam pro Dominis territorialibus & Superioritatis complexu militare; ſi enim obſervantia & leges Imperii objectum non decidant, recurrimus ad analogiam Juris publici, inſtituendo relationem & comparationem inter quaeſtiones legibus deciſas, & objectum ſubſtratum demonſtraturi contradictionem eſſe admittendam, ſi id, de quo quaeritur,

ritur, aliter, ac ſecundum principia in ſimilibus objectis jamjam agnita decideretur, contradictio autem admitti cum non poſſit, analogia determinatam, ſimilibus objectis convenientem & cohaerentem urget deciſionem. Dominis territorialibus competit *liberum juris territorialis exercitium*, competunt iis omnia quae ſupremis & independentibus attribuenda ſunt Imperantibus jura, in quantum poteſtas per conſtitutionem Imperii aut provinciae non eſt reſtricta, pugnat itaque pro Dominis territorialibus analogia, quia alias liberum jus territorii ejusque exercitium quod leges aſſerunt, eſſet denegandum. Status provinciales ſunt ſubditi, ergo ipſis obedientiae gloria relicta, ſubjectionem debent, donec exceptio poſſit demonſtrari, ergo militat contra illos analogia; Privilegia, praerogativae, forma reipublicae antiqua ſunt fontes ex quibus provincialium jura promanant, ergo eo ipſo facta poſitiva, ergo exceptiones, limitationes Jurium aut exercitii poteſtatis Domino competentis, ergo firmantes regulam pro Superioritatis territorialis amplitudine pugnantem.

Imperator cum promittat Art. 15. § 1. Capit. Nov. Er wolle die mittelbahre Reichs- und deren Ständen Landsunterthanen in Kayſerlichen Schutz haben, und zum ſchuldigen Gehorſam gegen ihre Landsobrigkeiten anhalten, & § 3. auch nicht gut heiſſen noch zugeben, daß die Landſtände die Diſpoſition über die Landesſteuer, deren Empfang, Ausgab und Rechnungs-Receſſirung, mit Ausſchlieſſung des Landsherren privative an- und vor ſich ziehen, oder in dergleichen und andern Sachen ohne der Landsfürſten Vorwiſſen und Bewilligung conventen anſtellen und halten, ſane Analogiam pro Domino territoriali contra Status pugnare denegari non poterit; & annon omnem vel umbram dubii hac in quaeſtione dispellit Ej. Art. § 8.

Churfürſten, Fürſten und Ständen die unmittelbahre Reichsritterſchaft mit begriffen ſolle zugelaſſen und erlaubt ſeyn, ſich nach der Verordnung der Reichs-Conſtitutionen bey ihren hergebrachten und habenden Landsfürſtlichen und herrlichen Juribus ſelbſten, und mit Aſſiſtenz der benachbarten Stände wider ihre Unterthanen zu manuteniren, und ſie zum Gehorſam zu bringen. Solus itaque territorii Dominus imperans eſt nec in regiminis conſortium aut coimperium admitti poſſunt Status provinciales; nec ſub hoc coimperii reſpectu Imperantem reſtringere.

## §. VII.

*Reverſalibus non poteſt reſtringi ſuperioritas contra antiquam territorii formam.*

Fundamenta quibus Statuum provincialium jura nituntur recenſet Ill. Moſerus tr. **Von der teutſchen Reichsſtände Landen.** p. 838. 1) Compactata Patriae, 2) privilegia gratioſa a Dominis conceſſa, 3) obſervantiam, 4) leges Imperii, 5) jus Publicum univerſale & 6) omnium horum fundamentorum analogiam.

Mirandum ſane in principiis cum conveniant, in ſequelis inde deducendis maximopere ſaepius diſſentire Doctores Contigit id Duumviris Immortali eruditionis fama pollentibus Ill. Ickstadio & Mosero, ſcribit Primus in Diſſ. *de Reverſalibus &c. § 26. Pro regula univerſali tenendum, compactata & per conſequens litteras reverſales, quibus Princeps Statibus provincialibus exactam legum Imperii & territorii fundamentalium cuſtodiam pollicetur, & conventum, quod actus exercitii ſpeciales jurium ſuperioritatis modum aliaque legitime impetrata jura & privilegia ſarta tecta ſe ſervaturum ſpondet*

*pro*

*pro juſtis licitis & validis, ac pro re nata ad haeredes etiam & ſucceſſores, tranſitoriis habendas eſſe.* Alteram §ho 27 ſubjungit.

*Compactata atque Litteras reverſales qualeſcunque, quibus Principes & Status Imperii contra leges Imperii publicas, in praejudicium fidei, quam Imperatori & Imperio debent, ſeſe obſtringunt, quibusque de juribus territorialibus & regalibus contra feudorum Imperii leges cum praejudicio haeredum & ſucceſſorum eadem alienando Statibus provincialibus & ſubditis communicando aut deteriorando & minuendo paciſcuntur, quae denique labe injuſtitiae aut defectu conſenſus legitimi ſive ex parte voluntatis ſive ex parte intellectus pro irritis, invalidis, nulliusque roboris reputandas eſſe.*

Repugnat hisce regulis Ill. Moſerus in *Notis*, quas verſioni citatae diſſertationis germanicae adjecit p. 36. ſeqq. Liberam admittit competere de territorio disponendi facultatem Domino territoriali, oppignorationem, venditionem, translationem per ultimam voluntatem pronunciat legitimam ita ut modus, & facultas, in quemcunque transferre velit, unice a ſuo dependeat arbitrio; excipit, niſi obſtent fidei commiſſa vel alia pacta; provocat ad frequentiſſimas oppignorationes olim a Dominis territorialibus factas, ducit argumentum a majori ad minus, ſique poſſit alienare totum, intuitu partis, juris ſpecifici, particulae ſuperioritatis eandem competere poteſtatem affirmat, ſi poſſit alienare in extraneum, pergit, cur non in Status provinciales & ſubditos proprios poſſet transferre?

Aſt pace tanti Viri dixerim, ne minimum roboris, imo ingentes contineri in hisce aſſertis errores; libera alienandi facultas ſimpliciter deneganda eſt, ſubordinatio Superiori-

tatis territorialis erga Imperatorem & Imperium, Natura poteſtatis rectoriae civilis, notorietas territoria non eſſe intuitu Dominorum Patrimonialia, natura conceſſionis regalium, idea feudi, pactum & providentia majorum, jura ſanguinis, ſuperioritatis territorialis origo, hiſtoria Germaniae praxis Imperii univerſalis, ſupremorum Imperii tribunalium ſententiae, & omnium, quibus aſſurgere fas eſt, Doctorum ſchola contrariantur; nequidem in regno prorſus independente liberam. de juribus ad regnum pertinentibus alienationem Regi concedunt Juris Publici univerſalis principia, ergo ſane fideicommiſſariae diſpoſitiones non ſunt unum alienationis aut prohibendae aut reſtringendae fundamentum; quamdiu territorium cum agro in Dominio exiſtente, comparare, aut potius ut vas figuli in manibus domini exiſtens attendere non poſſumus, aſſerta haec Ill. Ickſtadio obmota refutationem ſpecificam non merentur. Conf. mea Diſſ. de Domaniis Dominorum Territorialium An. 1773. §. 24 ad 31.

Bellum timet omnium in omnes Moſerus ſi ſua non admittenda forent aſſerta, cum ſtatuat ſucceſſoribus competere debere in ſenſu Ickſtadii perpetuam revocandi & vindicandi antiquitus a praedeceſſoribus alienata facultatem; aſt timor hic vix erit juſtus, multo minus in Dominos territoriales cadens; vel enim illae alienationes ſunt factae ante vel poſt ſtabilitam Superioritatem territorialem, vel ſunt legibus conformes vel non, vel habent poſſeſſionem denique immemorialem, quae intuitu illorum, qui non ſunt ſubditi, loco tituli eſt, pro ſe aut contra, & ſic inquantum poſſint revocari vel non, patebit, Judex ſupremus in Imperio, leges Imperii bellorum adeo fomites reſtinguent. Antiquitas, neceſſitas, conſenſus vel tacitus vel expreſſus illorum, quorum intereſt, quantopere in oppignorationes & earundem legitimitatem influant notum eſt; volenti non fieri injuriam, quae

ab

ab initio ſunt voluntatis ex poſt fiunt neceſſitatis, ſunt axiomata ſane veriſſima, ſed non niſi de voluntate legitima, de objecto circa quod quis, prout vult, velle poteſt, intelligenda; quaeſtio, quam porro ibidem Moſerus movet, cur, ſi pacta ſint obligatoria, ſucceſſores etiam obligare non debeant, facile reſolvitur, quia ex eo, quod quis ſibi manus ultro etiam modo permiſſo ligare voluerit & potuerit, non ſequitur, illum & eadem ratione de ſucceſſorum poteſtate diſponere potuiſſe; huc trahitur famoſum illud, volenti non fit injuria, & res inter alios acta tertio non praejudicat;

Sed audiamus denique regulam a Moſero ibid. p. 38. conceptam his terminis: Diejenige Landesverträge und Reverſalien, welche von einem höchſten Reichsgericht gerichtlich unterſuchet, geprüfet und beſtätiget worden ſeynd, auf welche auch nachhero in denen zwiſchen Herren und Land entſtandenen Streitigkeiten von eben dieſen höchſten Reichsgerichten geſprochen worden iſt, ſeynd nicht nur an und für ſich ſelbſten erlaubt, gerecht, und verbinden auch alle Erben und Nachkommen auf beyden Seiten; ſondern es kann auch in anderen ähnlichen Fällen, wann nämlich in andern von einem Reichsgericht nicht gerichtlich unterſuchet, geprüft, und beſtätigten Landesverträgen und Reverſalien etwas enthalten iſt, ſo dem Weſen nach mit jenem überein kommt, in ſolchen nicht beſtättigten Landsverträgen und Reverſalien ohnmöglich Kayſerlicher Majeſtät und dem H. R. Reich oder dem Landsherrn und deſſen Landshoheit nachtheilig mithin unrecht und unverbindlich ſeye, was in denen Beſtättigten als Kayſerlichen Majeſtät dem H. R. Reich oder dem Landesherrn und deſſen Landeshoheit unnachtheilig, mithin für rechtmäßig und verbindlich erkläret worden iſt.

Ich will den gern ſehen, der dieſes über einen Hauſen werfen kann; iſt aber ſolches nicht möglich, ſo erleidet der Herr von Ickſtatt dadurch eine totale Niederlage.

At vero nonne triumphum canit ante victoriam? quid quaeſo regula haec edoceat? quid contra aſſerta Ikſtadiana probet? quaeſtio eſt, quaenam pacta, quae reverſales ſint obligatoriae quae non? Quaeritur ergo potiſſimum, qualia pacta debeant confirmari, quaenam poſſint improbari a ſupremis Imperii tribunalibus? Nam Archidicaſteriorum eſt natam deſuper decidere controverſiam... Ecce quid jam reſpondendum veniat ſecundum regulam Illuſtris Moſeri? Ecce itaque illam prorſus eſſe inutilem, inſufficientem; ſupremorum quoque tribunalium non eſt, ut cujusvis judicis aliud in decidendo officium, quam leges ad factum applicare, quid jam ex regulae Moſerianae membro primo ſolatii hauriat Referens, cui in archidicaſterio de ejusmodi pactorum valore proponendi munus incumbit? Datur itaque in membro regulae primo id pro reſponſione, quod eſt in quaeſtione; quid agat quaeſo Ictus, cujus calamo utitur Princeps in ordine ad proponendum gravamina, contra reverſales aut compactata, poſtquam hanc regulam Moſerianam examinavit, quomodo & quid proponat ſua in deductione in ordine ad movendum judicem? ſi regulae praeſidio tantum munitus, me hercle ne verbulum dicere poterit ſecundum hanc regulam, quam Principem velle expectare, donec pronunciaverit Archi-Tribunal, cum tum denique ſciat, an obligatoria ſint nec ne pacta, de quibus conqueritur, imo nequidem ſcit an conqueri poſſit vel non, antequam Tribunal ſupremum determinaverit. En regulam non evertendam!

Si

Si judices, advocati, partes litigantes in ejusmodi regulis poſſent invenire praeſidium, univerſa Jurisprudentia paucis verbis eſſet comprehenſa: diceremus v. g. omnes actus inter vivos & ultimae voluntatis, qui a ſupremis tribunalibus agnoſcuntur ut validi, obligatoriis ſubſiſtunt; quid quaeſo jam novimus ... Vel omnia me fallunt vel regula continet circulum vitioſum; quippe pacta ſunt valida quia & quando ſuprema tribunalia illa confirmant, ac ideo & tunc confirmant imo confirmare debent, quia & quando ſunt valida! Sed properamus ad alterum regulae membrum: hoc continebit tantum rationem decidendi extrinſecam, ... ſcilicet ne praejudicia contra praejudicia naſcantur totum eſt membri 2di fundamentum; novimus autem generaliter in omni cauſarum genere, quam difficile ſit provocare ad praejudicia, iisque inniti, cum caſus caſui, ut ovum ovo, quod practici ajunt, ſimilis eſſe debeat, donec a praejudicio ſtringens ducatur argumentum. Monitum ſupra conſtitutionem unius territorii, cum illa alterius cujusdam perfecte comparari non poſſe, ita ut vix duae ſint, in quibus eadem conſtitutio, regiones in Imperio, millenae naſcuntur ex fundamentis ſecundariis Superioritatis differentiae; ergo ad praejudicia provocari poteſt eo minus, cum, quod in uno territorio approbatur, toleratur, in alio veniat improbandum; quis quaeſo tertius novit, de quibus punctis querela fuerit mota de quibus non, quaenam fuerint rationes particulares cur id, quod potuiſſet impugnari, impugnatum non fuerit, quaenam cautelae modificationes, proteſtationes fors compenſationes adhibitae, factae, interpoſitae, conceſſae! En quam obſcura, fallax, inſufficiens regula; iterum dico ſi ejusmodi regulae ſufficerent, breviſſimis omnis habilitas conſiliarii v. g. Aulici obtineretur, dummodo ſciret non eſſe pronunciandum contra ſententias in ſimilibus caſibus anteriores: at vero quis hac ratione inſtruat futurum Ju-

ris Conſultum judicem? Et quis judicis ſententiam loco legis admittat, quis ſupremis adeo tribunalibus legislatoriam, quam ſecundum regulam haberent, poteſtatem tribuit? Annon homines quamdiu erunt judices, humani quid pati poſſunt & a ſe alienum non eſſe credere debent; quomodo quaeſo actus pactum conſequens, qualis eſt confirmatio, Legalitatis norma dici poteſt? & quid ſi novum emergat objectum? Illuſtris Moſeri aſſertum tolerari tantum poteſt ſub his determinationibus, ut prima regulae ſuae pars, ſit ſignum, compactata nil illiciti continere, & altera ejusdem pars ſpem efficiat, fore ut compactata non improbentur.

## § VIII.

*Ex ipſis compactatis patet regula ſuperius data.*

Ut pateat omne compactatorum objectum tantum poſſe eſſe conſervationem antiquorum jurium Statibus provincialibus competentium, neutiquam vero neo introducendam reſtrictionem, provocamus Primo ad Concluſum Celſiſſimi Jud. Aulici d. 18. Aprilis 1756. puncto Confirmationis des Mecklenburgiſchen Landes Grund geſezlichen Erbvergleichs d. 14. Aprilis 1755. quod refert Moſer in notis ſupra allegatis p. 48. Fiat petita Confirmatio des zwiſchen dem Herrn Herzog zu Mecklenburg-Schwerin und ſeiner Ritter- und Landſchaft getroffenen Land-Grundgeſezlichen Erbvergleichs ſalvis juribus caeſaraeis & quorumcunque intereſt; wie dann, was in puncto appellationum bey denen Mecklenburgiſchen Landgerichten, wie auch wegen derer Appellationen an die Allerhöchſte Reichs-Gerichte in dem 21ten Articul vor weitere Zuſätze, als das Mecklenburgiſche *Privilegium de non Appellando* in ſich enthält, geſchehen, Ihro Kayſerliche Majeſtät weiter nicht zulaſſen, ſondern es lediglich bey dem Buchſtaben und ganzen Innhalt dieſes *Privilegii* genau bewenden laſſen.

En

En nequidem permittit Imperator reſtrictionem privilegii de non appellando fieri poſſe per Status provinciales, multo minus itaque regalium conceſſorum alienatio, & ſic in jura Imperatoris & Imperii involatio permitti poteſt: En quam parum attendatur Dominum cum Statibus ſuis in ejusmodi cauſis conſentire: En ſi nequidem in ſtipulationem deductus non uſus, aut uſus reſtrictus privilegii toleretur, quomodo tolerari poterit in partem Superioritatis facta renuntiatio: En quam parum attendatur regula: de injuria, volentis, nulla. En inſimul quantopere ſibi velit clauſula *ſalvis juribus Caeſareis*, & quantopere haec non ſit otioſa, En illam efficaciſſimos producere effectus.

Provocare Licet porro ad conventionem inter Sereniſſimum Ducem Würtenbergenſem & Status provinciales initam 27 Febr. & 2. Martii An. 1770. quae una cum confirmatione Caeſarea extat in N. E. St. C. T. 31. p. 335. ſeqq. Inſignis inde confirmatio hactenus dictorum petitur; *primo* enim ibi provocatur ad leges patriae fundamentales antiquas quibus forma Territorii innititur, dicunturque per illas determinata eſſe privilegia & jura Statuum provincialium. 2do §phus 3 Grav. 1. Claſſ. 1. Sufficeret, ubi aſſerit Sereniſſimus „ ſe non exacturum eſſe aliam quam Legibus Imperii, conſtitutioni territorii conformem obedientiam a Statibus, eorum deputatis, officialibus Ducalibus, & reliquis territorii incolis; en regulam, en ſimul modificationem. Patet 3tio ex Grav. 1. ſub membro 1. quantopere ſalvetur Superioritas; elucet idipſum ex ſubmembro 2. Grav. II. Potiſſimum ex §pho 5 ibid. Perſpiciatur 4to ex reſolutione ad Grav. IV. quantopere ſine fundamento adulentur, qui corregimen Statuum provincialium ſuſtinere nituntur; conf. reſol. ad Grav. 6. Colligimus 5to, quod Auguſtiſſimus quamvis plurima coram commiſſione Caeſarea geſta & conventa

fuerint,' quamvis poſt iterata Vota judicii aulici ad Imperatorem in quemvis articulum directa confirmatio demum fuerit inſecuta, clauſulam tamen Jura Imperatoris & Imperii, ut & cujusvis tertii ſalvantem cit. loco p. 416. eſſe inſertam confirmationi Imperatoriae, ita ut ne ullum ex hac transactione naſci poſſit praejudicium, in quibus autem ſubeſſe in ejusmodi pactis praejudicium ſtatuendum ſit, ex antedictis ſufficienter comprobatur.

Status provinciales tam ſinguli quam in corpore ſunt & manent ſubditi, ſed privilegiati, conſiliarii nati Domini territorialis, in quibusdam non tantum conſilium ſed conſenſus illorum requiritur; plura, quam quae ipſis ſpecialiter competere ſtatuta ſunt, ſibi arrogare non poſſunt, multo minus involare in Superioritatem territorialem, aut noviter reſtringere Dominum territorialem, conſervationi jurium ſuorum autem ſi invigilent, ſi, quam ſibi aſſerunt competere facultatem, probare poſſunt, libertates & praerogativae erunt relinquendae & nullatenus a Domino territorii turbandae aut auferendae, praeſumptione tamen pro Superioritate territoriali ſemper ſalva.

CON.

# CONCLUSUM
## CEL$^{mi}$ JUDICII IMPERIALIS AULICI.
Veneris 2. Martii 1759.

## Zu Eichſtedt Domkapitel contra den Hrn. Biſchoff und Fürſten daſelbſt p$^{to}$ diverſorum Gravaminum.

### *ABSOLVITUR RELATIO ET CONCLUS.*

Primo ponantur des Herrn Biſchoffen zu Eichſtett humillimae Litterae ad Imperatorem de dato 14. Sept. & praeſ. 27. Octobr. 1757. ad Acta.

2do Haben J. K. M. bey der von dem Hrn. Biſchoffen ſowohl als dem daſigen Domkapitul in Gemäßheit deſſen, was von Weyl. Kayſ. Maj. Leopoldo Glorwürdiger Gedächtniß wegen der Biſchöflichen Wahl-Capitulationen verordnet worden zu dero allerhöchſten Kanntnuß und um Erlangung der Kayſerl. Confirmation eingebrachter Wahl-Capitulation, ſo viel die temporalia betrifft folgendes zu erinnern, auch abzuändern, und anderweit vorzuſehen für nöthig und denen Rechten gemäß zu ſeyn befunden; und zwar

Ad Art. I. So viel die Bedingung betrifft, wie diejenige Räth und Beamte, welche ohnnöthiger Dingen zwiſchen einem zeitlichen Regenten und deſſen Domkapitul Irrungen und Zwietracht anrichten, zu beſtraffen ſeyen, wolle es dieſer Vorſehung nicht nöthig ſeyn, ſondern es werde ein zeitlicher Regent von ſelbſten wiſſen, in was Art und Maaß er derley ſchädliche Rathgeber zu beſtraffen habe, oder allen nöthigen Falls hierwegen bey Kayſ. Maj. das weitere anzubringen ſey, gleichwie dann auch hinwiederum das Domkapitul



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0045-3

jene deren ſeinigen Diener, welche gleich geartete böſe Rathſchläge zu geben ſich unternehmen ſollten, ebenmäßig mit Straf zu belegen habe.

Ad Art. 2. Habe es zwar bey Inhalt dieſer Orten ſein Bewenden, nachdeme jedoch derley Bedingungen mehrmahlen auf den Fall hätten erſtrecket werden wollen, wann ein zeitlicher Regent mit Kayſ. Maj. zu des Reichs und des Stifts Sicherheit eine Bündnuß habe eingehen wollen, ſo werden derley Verbindungen und Tractaten, gleichwie es ſich von ſelbſten verſtehet, davon ausdrücklich anmit ausgenommen.

Ad Art. 3. Habe es zwar ebenmäßig dabey ſein Verbleiben, daß wann ein zeitlicher Regent auſſer des Stifts Landen auf längere Zeit verreiſet, von demſelben ein Statthalter aus dem Mittel deſſen Domkapituls beſtellet werde; wen aber derſelbe in Geſandſchaften, und anderen Verſchickungen gebrauchen, imgleichen ob er die praeſidia deren Stellen Dom-Capitularen, oder andern Perſonen anvertrauen, und welchen Gehalt er ſolchen beylegen wolle, dieſes hange von dem Gutfinden eines zeitlichen Regenten lediglich ab, und werde dieſer auf ſeine Capitularen, wann dieſelbe zu derley Dienſt-Verrichtungen die erforderliche Fähigkeit haben, und ſolchen gebührend nachkommen wollen, die vorzügliche Ruckſicht allſchon von ſelbſten zu nehmen, die Vice Praeſidenten aber, wann deren Anſetzung nöthig ſeyn ſollte, nach ſeinem Gutfinden zu beſtellen wiſſen; es hätten dahingegen die ſolchergeſtalten zu Fürſtl. Dienſten angeſtellt werdende Dom-Capitularen dem zeitlichen Regenten eigens zu geloben und zu ſchwören, und in ihrer Dienſtleiſtung nachzuleben, gleichwie dann auch demſelben die Ahndung deren etwaigen Amts-Verbrechen und Mängelen zuſtehe, und die alſo angeſetzte Stadthalter, Praeſidenten

ten und Vice-Praeſidenten er nach ſeinem Belieben und Gutfinden anwiederum abändern möge.

Ad Art. 4. Nachdem in denen nachfolgenden Articulen allſchon diejenige Fälle benennet, und ausdrücklich angeführet worden ſeyen, welche pro Cauſis gravioribus & arduis könnten geachtet werden, ſo ſeye ein dießfallſiger weiterer Vorbehalt überflüßig und unnöthig.

Anlangend dahingegen die Activ Capitalien, ſo wolle ein Unterſchied unter jenen zu machen ſeyn, welche ein zeitlicher Regent bey dem Antritt ſeiner Regierung vorgefunden habe, und denen, welche er in währender Regierung erwerbe, wo dann wegen deren erſteren es billig ſeye, und das Beſte des Stiffts erheiſche, daß derley Capitalien nicht anderſt als mit Wiſſen und Willen des Domkapituls jedesmalen an ſichere Orth ausgelehnet würden, wegen deren letztern aber einem zeitlichen Regenten allerdings frey zu bleiben habe, ſolche nach ſeinem Gutfinden auszuleyhen, oder ſonſten zum Beſten des Hochſtiffts anderweit zu verwenden.

Und da übrigens ein zeitlicher Regent nach ſeinen gegen das Hochſtifft tragenden Pflichten allſchon von ſelbſten gemeynet ſeyn werde in abgebenden Schanckungen, welche er jedoch nicht anderſt als von dem Ertrag deren jeweiligen Einkünften machen, keineswegs aber einige des Stiffts Lande, Rechte oder alte Capitalien begeben könne, die Regul einer guten Wirthſchafft nicht zu überſchreiten, ſo werde deren Abreichung deſſen eigener vernünftigen Anordnung überlaſſen.

Ad Art. 5. Bleibe einem zeitlichen Regenten nicht allein frey und bevor ſondern es geſchehe auch von demſelben wohl daran, daß er die Feuda infeudari ſolita und zwar ſeines Gefallens, oh-

ne daß er dießfalls eines Conſens des Domkapituls bedörffe, anwiederum begebe; auf daß jedoch, dem Hochſtifft von einem ſolchen Lehns-Heimfall einiger Nutzen zugehe, ſo wollten Ihro K. M. den Hrn. Biſchoffen dahin angemahnt haben, daß wegen deren heimfallenden und anwiederum begebenden Lehen es in der Maaß gehalten werden wolle, daß ſolche nach einem daſiger Orthen üblichen Anſchlag taxiret, und der dritte Theil von dem neuen Lehnmann erſtattet, ſofort dieſes Geld zum Beſten des Hochſtiffts angewendet werde.

Imgleichen bleibe einem zeitlichen Regenten frey, wenn er die in Erledigung kommende Erbämter anwiederum verlehnen wolle. Jedoch daß er ſolche Perſonen nehme, wider welche das Domkapitul nach deren Ernennung keine gegründete Einwendung haben möge.

Nicht minder habe ein jeglicher Regent ſeinen Kanzler, Miniſtros, Räth, auch Oberbeamte, Pflegere und übrige Bediente lediglich nach ſeinem Gutfinden an- und aufzunehmen.

Und ob zwar es ſich ohnehin gebühre, daß die Cammer- und Steuer-Caſſen von einander abgeſönderet, und eine jede deren in einen eigenen Verſchluß genommen werde, imgleichen wohl daran geſchehe, daß die Cammer ſowohl als die Landſchaffts Rechnungen alljährlich in Beyſeyn einiger Deputirten des Domkapituls abgehört werden; ſo wolle jedoch es nicht nöthig ſeyn, daß das Domkapitul an dem Verſchluß ein- oder der anderen dieſer Caſſen Antheil nehme, ſondern es wäre genug, daß der bey einer jeden Caſſa ſich alljährlich zeigende Receſs in der Rechnung gebührend angemerckt werde; gleichwie dann auch wegen der Abhörung deren Rechnungen die Domkapituliſche Deputirte einiges Diæt-Geld, wann die Abhörung in loco Eichſtett beſchehe, nicht zu erfordern, in die Special Rechnungen weiter nicht einzugehen hätten, als der Erläuterung deren General-Rechnungen nöthig ſeyn möge.

Uebrigens ſeye billig, daß nicht allein die Cammer- und Landſchaffts-Räth, ſondern auch alle Miniſtri, Räth, Beamte und ſamtliche des Hochſtiffts Officianten und Bediente, dem Domkapitul mitverpflichtet würden, jedoch nicht anderſt, als in caſum Sedis vacantiae, wohingegen vor die Lebenszeit eines zeitlichen Regenten alle Miniſtri, Räth und Bediente in deſſen alleinigen Pflichten und Gehorſam ſtünden, welchemnach alſo dem Domkapitul frey zu laſſen wäre, ob daſſelbe deputatos de gremio ad locum & actum der Verpflichtung abſenden möge.

Ad Art. 6. Stehe es einem zeitlichen Regenten frey, die Pflegen gleich übrigen Dienſten nach ſeinem Gutdunken zu begeben, und wegen der Verpflichtung deren Pflegern, wäre es bey der ſo eben ad Art. 5. bemerkten Anordnung ebenmäßig zu belaſſen.

Anlangend dahingegen den Stadtrichter, ſo habe es dabey ſein Verbleiben, daß ſolcher von einem zeitlichen Regenten nicht anderſt als mit Conſens des Domkapituls angenommen werde, imgleichen daß er an ſolches den Eyd gewöhnlicher maſſen mit ablege, und demſelben weiter die auch gewöhnliche Verſchreibung abgebe, was es aber mit dem Schloß-Hauptmann zu Wilibaldsburg für eine Bewandſame habe, darüber habe der Biſchoff zu forderiſt umſtändlichen zu berichten.

Ad Art. 7. Habe der Herr Biſchoff gleichmäßig umſtändlichen zu berichten, was es mit der Beſteurung deren dem Domkapitul, wie auch denen Domkapituliſchen Praelaturen und Dignitaeten angehörigen Ortſchafften, oder auch einzelen Unterthanen für eine Bewandſame habe, und wie das wegen des Domkapituls jährlich ad 200. fl. benannte Steuer quantum eigentlich gemeynet ſeye.

Ad Art. 9. Habe es ſo viel die Reichs und Krayß Praeſtanda und die zu deren Beſtreitung auszuſchreibende Steuren betrifft, als einer durch dem Reichs- und Krayßſchluß allſchon ausgetragener

Sache des Domkapituliſchen Conſenſus nicht nöthig, wohingegen es billig und der Verfaſſung des Hochſtiffts Eichſtett gemäß ſeye, daß die für die übrige des Lands Erfordernuſſen nöthige Steuer-Abgaben nicht anderſt als mit Conſens des Domkapituls angeſetzt würden; ſoviel aber die Concurrenz des Domkapituls bey der Repartition deren Steueren, wie auch die Rathsſatzungen und Benennung auch Anſtellung deren Satzleuten betreffe, darüber habe der Herr Biſchoff ſowohl, als das Domkapitul zuſoderiſt umſtändlichen zu berichten, was damit allenthalben vor eine Bewandtſame, und bey der hierwegen angetragenen Vorſehung für eine eigentliche Meynung habe; wo übrigens wegen der Beſtellung der Nachtwacht es bey der dießfallſigen Anordnung ſein Verbleiben habe, und der Herr Biſchoff ſowohl als das Domkapitul auf deren in an. 1598. wohl verfaſſete Erneuerung als eine allenthalben Löbl. Vorſehung hiermit ausdrücklichen angewieſen würden.

Ad Art. 10. Wäre einem zeitlichen Regenten mehrmalen frey und deſſen für die Erförderung des Hochſtiffts beſtens zu tragen habender Obſorg anheim zu laſſen, durch wen er die Viſitation des Hochſtiffts in temporalibus von Zeit zu Zeit vornehmen laſſen wolle.

Anlangend die Strafgelder, wann die Hunde mit Brügeln nicht behangen würden, ſo hätten zwar dieſe dem Domkapitul in deſſen Vögteyliſchen und Jagdbahren Bezirken zu verbleiben, dahingegen aber in den Hochſtiffiſchen Forſten Jagd und anderen Bezirken und Landen ſolche einem zeitlichen Regenten billig gebühreten.

Jmgleichen könnten J. K. M. die von dem Domkapitul angetragene Bedingung eines demſelben neu anzuweiſenden Jagds Bezirks und deſſen Mitglieder abzureichenden Deputats an Wildpreth nicht geſtatten; gleichwie dann auch

Ad Art. 11. Soviel den Punkt angehe, daß die Dignitaeten deren Nebenſtifftern nur allein an Capitularen des Domſtiffts confe-

feriret werden ſollten, J. K. M. ein Bedenken tragen, ſolche in ſo-weit es die jura caeſarea betreffe, zu confirmiren.

Ad Art. 12. Habe der Herr Biſchoff ſowohl als das Domkapitul anforderiſt umſtändlichen zu berichten, und darmit zu erläutern, was für eine Anordung mit der Fabrica der daſigen Domkirchen beſtehe, und aus was für Sachen die Halbſcheid deren Bauköſten der Menſae Epiſcopali wolle auferleget, auch woher die andere Helfte der dießfallſigen Erfordernuß ſolle beſtritten werden.

Ad Art. 13. Habe der Biſchoff ebenmäßig zu berichten, und daß Domkapitul zu gleicher Zeit behörig zu erläutern, was für eine Bewandſame es mit denen dem Domkapitul auf allen ſeinen Lehen Zinß- und Gült Leuthen nachgelaſſen werden wollender Vogtey und Scharwerk Freyheit, wie auch mit der Cent Einfall Freyheit aller und jeder Domkapituliſchen Güthern habe.

Mit der inſonderheit darüber zu ertheilen ſeyender Auskunft ob es die Meynung habe die Scharwerks Freyheit auch auf die Heer- und andern allgemeinen, wie nicht minder auf die für die Reparation deren Landſtraſſen, dann fürſtl. Reſidenz und Amt, auch Cent-Gebäu nöthigen Frohnen, dann ferner auf die Rayß- Folg und Muſterung zu erſtrecken, und was derwegen der Cent angezogene Vertrag vom Jahr 1685. in ſeinem ganzen Inhalt beſage.

Uebrigens habe es zwar dabey ſein Verbleiben, daß das Domkapitul eine eigene Wald- und Forſt-Ordnung, ſoviel deſſen Waldungen betrifft, machen könne, und die Forſtfrevler behörig zu beſtraffen habe, es werde aber damit denen Landesherrlichen Rechten, eines zeitlichen Lands-Regenten nichts benommen, ſondern ſtehe demſelben allerdings zu, darunter nöthigen Falls eine dem allgemeinen Beſten des Lands nöthig erachtende Vorſehung zu machen, gleichwie dann auch das dem Domkapitul zukommende Recht Forſtfrevler zu beſtraffen, ſich nicht weiter als auf deſſen Waldungen oder wo ſonſten, daſ-

ſelbe das Forſt-Recht rechts erweißlicher maſſen hergebracht, zu erſtrecken habe.

Ad Art. 14. Habe der Herr Biſchoff ferner zu berichten, was es mit dem von Weyl. Hrn. Biſchoff Moritz errichteten Saal-Buch und mit dem Neugreut daſiger Landen für eine Bewandſame habe.

Ob aber und unter was Bedingungen die Juden und deren Gewerb in des Hochſtiffts Landen zu dulden ſeyen oder nicht? deſſen Verfügung und Anordnung wäre dem Gutfinden eines zeitlichen Regenten lediglich anheim zu laſſen.

Ad Art. 16. Habe der Biſchoff ebenmäßig zu berichten, aus was Urſachen die Zahl deren Canonicorum den beeden Stiftern Herriden und Spalt gegen die alte Fundation wolle verminderet werden.

Ad Art. 17. Möge dem zeitlichen Regenten kein Ziel und Maaß gegeben werden, ſondern hange von deſſen Gutfinden lediglich ab, was er ſeinen Räthen und Dienern, zur Beſtallung nach denen Kräften ſeines Stiffts Einkommens reichen könne und wolle, dieſemnach werde dem Hrn. Biſchoffen anheim gelaſſen, ob und in was Maaß er jene Bewilligungen begnehmigen wolle, welche das Domkapitul Sede vacante ertheilet habe; für das künftige aber werde das Capitul dieſer und anderen Puncten halber an jenes gewieſen, was in denen Rechten wegen der Sede vacante einzuhalten ſeyenden Gebühr verordnet ſeye.

Ad Art. 18. Habe der Herr Biſchoff ſowohl als das Domkapitul weiter zu berichten, was es dem einem Dom-Dechant beygeleget werden wollenden Jure Obligationis in der Stadt Eichſtedt, wie auch mit der Anlegung einer Getraydſperr vor eine Bewandſame habe, und was für Urſachen das Domkapitul für ſich angeben möge, daß deſſen Wiſſen und Bewilligung vor der Anlegung einer Geträydſperr erfordert werde.

Ad

Ad Art. 19. Habe der Herr Biſchoff gleichfalls zu berichten wie es vorhin wegen denen ſogenanten Handgeldern eines zeitlichen Regenten daſigen Hochſtiffts ſeye gehalten worden, und was zu der angetragenen anderweiten neuen Anordnung den Anlaß gegeben habe.

Dahingegen die von denen Domkapitularen zu ihrem Vortheil beygefügte Bedingung eines ſogenannten Adjuto aus denen Mitteln der menſae Epiſcopalis und dieſer zur Beſchwehrung keineswegs gebilliget noch auch der Biſchoff zu Anlegung eines Fundi vor die Vermehrung des Cleri, von deſſen Domkapitul verbunden werden könne.

Ad Art. 20. Wäre lediglich dem Gutfinden eines zeitlichen Regenten heimzulaſſen, wann und wie offt auch in was Arten und Weiß derſelbe die Domkapitularen zu ſeiner Tafel ziehen, und was derſelbe dabey dem etwaigen Herkommen gemäß beobachten laſſen wolle.

Ad Art. 21. Habe der Biſchoff ferner zu berichten, was es mit denen Domkapituliſchen Landen, wie auch mit der einem zeitlichen Dom-Dechant zuſtehen ſollenden Befügnuß in Erlaubnuß des Feilhabens, dann mit dem angeblichen jure pincernandi des Domkapituliſchen Wirths zu Jegertsheim, und mit der Domkapituliſchen Apothek zu Eichſtedt für eine Beſchaffenheit habe.

Wegen dem zu Berchingen neu angelegten Pflaſter-Zoll aber habe er Hr. Biſchoff in ſeparato zu berichten, und dieſes Reichs-Satzungs widrigen Unternehmens halber ſich ſtandhaft zu verantworten.

Ad Art. 22. Habe der Hr. Biſchoff ſowohl als das Domkapitul näher zu erläuteren, warum bey der vorhin errichteten Polizey-Ordnung ein Bedenken obwalte, ſo, daß deren Abänderung nöthig ſeyn wolle, daraus was Urſachen das Domkapitul vermeyne, daß zu Errichtung einer ſolchen Landsherrlichen Vorſehung deſſen Wiſſen und Bewilligung zu erfordern ſeyn wolle; was ſonſten am Ende dieſes Articuls von vorherigen älteren Capitulationen und ſondern Verſchreibungen deren Oberamtmannen und Pflegern gemeldet werden wolle, dar-

ein könnten J. K. M. ſoviel den erſten Punkt betrifft nicht willigen, nachdem in eine ſolche allgemeine Meldung alles könnte eingezogen werden, und daraus in der Folge nichts als Stritt und Irrung erwachſen würde, wegen dem anderen Punkt aber ſeye hieroben allſchon genüglich vorgeſehen worden.

Ad Art. 24. Stehe dem Domkapitul keineswegs zu, den Electum nach der einmal richtig vollbrachten Wahl von der Verführung der Lands-Regierung ab- und aufzuhalten, oder ſonſten einiger des Hochſtiffts betreffender Geſchäfften und Anliegenheiten ſich weiter zu unterziehen; ſondern gleichwie J. K. M. ſogleich nach vollbrachter Wahl, wann anderſt allerhöchſt dieſelbe einen bedenklichen Anſtand dabey nicht befindeten, die Verführung der Lands-Regierung und Uebung aller Regalien dem neu erwehlten Biſchoffen durch dero Kayſ. Commiſſarium heimzulaſſen pfleget, ſo habe an deren Uebung das Domkapitul künftighin einen zu erwählenden Biſchoffen nicht mehr zu hindern, ſondern davon gänzlich abzuſtehen, wo übrigens

Ad Art. 25. Ferners anhero wiederhohlet werde, als hieroben ſchon ad Art. 22. ſeye erinnert worden, anſonſten auch der Herr Biſchoff ohnehin gemeynt ſeyn werde, auf alles dasjenige feſt zu halten, was zum Beſten des Hochſtiffts verabredet und gutachtlich angerathen worden, und endlich wegen dem angetragenen Compromiſſo beeden Theilen frey bleibe, deſſen ſich in vorkommenden Fällen zur gütlichen Auskunft jedoch ſine ulla forma judicii zu gebrauchen.

3tio Cum Notificatione & accluſione dieſer Kayſerl. allerhöchſten Entſchließung reſcribatur dem Hrn. Biſchoff zu Eichſtedt, wie auch dem Domkapitul daſelbſt jedem in ſeparato, daß ſie darnach ſich allergnädigſt zu achten, über die zur weitern Erläuterung ausgeſetzte Puncta aber in Zeit von 2. Monathen den erforderten Bericht allerunterthänigſt zu erſtatten hätten, worauf ſodann weitere allerhöchſte Kayſ. Entſchließung erfolgen werde.

PO-

# POSITIONES
EX
# OMNI JURE SELECTAE.

1\. *Sanctitas & inviolabilitas Legatorum fundatur in jure Naturae.*

2\. *Uſura ſecundum ſe conſiderata jure Naturae non eſt prohibita.*

3\. *Injuſtum invaſorem vitae & bonorum licet occidere ſervatis ſervandis.*

4\. *Duellum vero ſemper illicitum.*

5\. *Datur in Eccleſia Catholica legum ferendarum poteſtas.*

6\. *In civilibus tamen ejus poteſtatem non agnoſco, ſive directam, ſive indirectam illam vocaveris.*

7\. *Placetum, ut ajunt, Regium etiam Imperii noſtri Statibus competit.*

8\. *Poteſt Princeps ſtatuere aetatem, infra quam nullus ſubditus Religioſum Ordinem ſubeat.*

9\. *Immunitas bonorum Eccleſiaſticorum eſt beneficium Principum.*

10\. *Dantur Decimae in Germania origine ſua tam laicae, quam Eccleſiaſticae.*

11\. *Decimae Novales, quarum nulla hominum memoria extat, bene Principi vindicantur.*

12\. *Quaenam ad unionem, & dismembrationem beneficii requirantur, interrogatus dicam.*

13\. *Triplici gaudet Advocatia Imperator, & quivis Dominus territorialis Eccleſiae in terris ſuis eſt Advocatus.*

14\. *Cauſae fractae Pacis publicae pertinent ad ſumma Imperii Dicaſteria, quamvis quaeſtio an poena banni irroganda, negotium ſit Comitiale.*

15\. *Dominis territorialibus Catholicis Laicis competit jurisdictio eccleſiaſtica in ſubditos proteſtantes.*

16\. Si-

16. *Simultaneum innoxium Paci W. non repugnat.*

17. *In bonis Avitis, ſeu in fideicommiſſis Familiae extincta Stirpe maſculina ſuccedit foemina ultimo defuncto proxima.*

18. *Nec tunc amplius attenditur praerogativa ſexus, ut in foemineis primi acquirentis poſteris mas remotior praecedat foeminae propiori.*

19. *Transactio contra jus poſterorum inita hos non ſtringit, quatenus ex pacto, & providentia Majorum ſuccedunt.*

20. *Pactum antichreticum ſuſtinetur, ſi fructus ex fundo nati uſuris ex mutuo licite ſumendis aequales ſint.*

21. *Solutio debiti liquidi propter praetenſiones, aut exceptiones illiquidas retardari non debet.*

22. *Alienationes rerum immobilium ad Communitates pertinentium, absque Decreto judicis non valent.*

23. *Actus de jure in favorem jurantis invalidus Accedente juramento obligat.*

24. *Contra ſententiam in Poſſeſſorio ſummariſſimo latam remedia juris ſuspenſiva locum non habent.*

25. *Ex feudo antiquo foeminae legitimam petere non poſſunt; bene vero ex feudo novo oneroſe acquiſito.*

26. *Hypotheca feudalis non a die contractus initi, ſed impetrati conſenſus Domini incipit.*

27. *Neque tamen creditor Domino inſcio vendere eam jam poteſt.*

28. *Legitimatus per ſubſequens Matrimonium etiam in feudis ſuccedit.*

29. *Si vera eſt Medicorum ſententia, partum in primo conceptionis momento vivere, cur in abortus procreatione ſit diſtinctio inter partum vivum, & non vivum.*

30. *Jus aggratiandi in omnibus delictis locum habere videtur.*

Heidelberg, Diss, 1739/93

ULB Halle
005 356 725 3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0057-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0058-5

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIS PUBLICI
DE
*NON RESTRINGENDA*

# SUPERIORITATE TERRITORIALI

QUAM
SUB DIVINIS AUSPICIIS
UNA
*CUM POSITIONIBUS*
EX
*OMNI JURE SELECTIS*
IN
ALMA ET ANTIQUISSIMA UNIVERSITATE
ELECTORALI PALATINA
*AUTHORITATE AMPLISSIMI*
JURISCONSULTORUM ORDINIS
*PRAESIDE*
GEORGIO JOSEPHO WEDEKIND, U. J. D.
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS PALATINI
CONSILIARIO REGIMINIS, JURIS NATURAE ET GENTIUM PROF.
PUBL. ORD. ACADEMIAE SCIENTIARUM THEODORO-
PALATINAE SOCIO
PRO
*SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS*
DEFENDET
JOANNES JACOBUS DEWIES, Juliacenſis.
*DIE XXXI. AUGUSTI MDCCLXXV.*
IN AULA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI.

---

*HEIDELBERGAE,*
Typis JOANNIS BAPTISTAE WIESEN, Univerſitatis Typographi.

15
8
1775,2
P. 160.
KOENFRIED. UNIVERS. ZVHALLE
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-188148-p0059-4